

1	Miser Catulle, desinas ineptire	<b>ineptire</b> durchdrehen
	et, quod vides perisse, perditum ducas!	<i>Ergänze: id, quod</i>
3	Fulsere quondam candidi tibi soles,	<b>fulgēre</b> ( <i>Perf.</i> : fulsī) strahlen <b>fulsēre</b> = fulsērunt <b>candidus</b> glänzend
	cum ventitabas, quo puella ducebat	<b>ventitāre</b> immer wieder gehen <i>Ergänze: te ducebat</i>
5	amata nobis, quantum amabitur nulla.	<b>nōbīs</b> <i>hier</i> : von mir
	Ibi illa multa cum iocosa fiebant,	<b>iocōsa</b> <i>Pl. n.</i> die Freuden
7	quae tu volebas nec puella nolebat,	
	fulsere vere candidi tibi soles.	
9	Nunc iam illa non vult: Tu quoque, impotens, noli	<b>impotēns</b> der zügellose Mensch
	nec, quae fugit, sectare nec miser vive,	<i>Ergänze: puellam, quae</i> <b>sectārī</b> <i>m. Akk. jmdm.</i> nachlaufen
11	sed obstinata mente perfer! Obdura!	<b>obstinātus</b> fest <b>obdūrāre</b> hart sein
	Vale, puella! Iam Catullus obdurat	<b>valē</b> Leb wohl!
13	nec te requiret nec rogabit invitam.	
	At tu dolebis, cum rogaberis nulla.	<b>nūlla</b> <i>hier</i> : überhaupt nicht
15	Scelesta, vae te! Quae tibi manet vita?	<b>scelestus</b> verrucht <b>vae tē</b> Wehe dir!
	Quis nunc te adibit? Cui videberis bella?	<b>bellus</b> schön
17	Quem nunc amabis? Cuius esse diceris?	<b>Cuius esse dicēris?</b> Wem, wird man sagen, gehörst du?
	Quem basiabis? Cui labella mordebis?	<b>bāsiāre</b> küssen <b>labellum</b> die Lippe <b>mordēre</b> beißen
19	At tu, Catulle, destinatus obdura!	<b>destinātus</b> fest entschlossen